

xime arduū in fide: modo quodā hoc dicens Ioannis: Pater & .i. Ioh. v. verbū & spūs / & hi tres unū sunt. Inducit igitur in Alcorano Mahometus: deū pluraliter loquentē / ignorans causam. Manifesta igitur huic prima quæstio: quod cōmuniter credimus cū his: deū esse unū & solū & simplicē: ipsi autē habent in Alcorano deus habet & verbū & spiritū: & sic credimus verum & unū & simplicem deum. Et proprie de se loquitur singulariter: propterea autē quod trinus est in personis: aliquando de se pluraliter loquitur. Secunda quæstio est: quod Alcoranū continue meminit spiritus sancti & verbo dei: Quis est ille spiritus sanctus: & quod est illud verbum dei: De spiritu sancto quidem dicit in capitulo Elpalceram ex persona dei: Dedimus Iesu filio Mariæ ut faceret prodigia & miracula manifesta: & perfecimus eum per spiritū sanctū: & hoc idem repetit per totum capitulum. Item dicit in capitulo Elempaide Maria: Inspirauimus in eā ex spūscō. Et in pluribus alijs locis similia dicit de spūscō. Et nō possunt dicere saraceni creaturam quandā esse sicut angelus quidam: si bonus: quoniam singulariter de eo loquitur: tanquā de uno sancto: sancti autem angeli plures sunt: & omnes sunt dei. Quæ igitur causa: ut de illo singulariter diceret nostro & sancto: Item non esset magna laus de christo: quem Alcoranum intendit singulariter cōmendare quod deus dedisset ei angelū custodem: Etenim deus facit angelos spiritus & nostros apostolos: sicut dicit Alcoranum in capitulo Elmaice. Itē angeli non sanctificant hoīes: sed deus immediate: & solus tanquā solus deus potest peccata dimittere: sicut dicit in Alcorano. Prædictus igitur spūs verus est deus: verus autē deus & qui de prædicto spiritu loquitur dicens: Dedimus ei spū sanctū: & inspirauimus ex spiritu sancto. Quoniam igitur diuina essētia una est & simplex: non potest discerni vel diuidi: & sibi est dans & datū dansque dicit: dedimus: & datus: qui dicitur spiritus sanctus: qui dicitur datus & inspiratus. Inter dantem autem: & qui datur requiritur ut distinguatur personaliter solum: non essentialiter: Et sic solis relationibus distinguuntur. Et hæc est sola discretio quam christiani in personis diuinis faciunt. Hanc eandem omnino quæstionē quā de spūscō quæsiuimus possumus querere etiā de

questio se
cunda de
spūscō.

Aliud ar.

Aliud ar.

Aliud ar.

*no me vis
solus datus
nō pō*

11